

Cum privilegio delationis Crucis antea se.

Et Pallii usque hodie.

Patriarchali Ecclesia bona omnia confirmantur.

Et Patriarchali omnimoda jurisdictione in Parochiis sibi subiectis.

Innocentii PP.

& S. R. E. Card. subscritptiones.

Dat. die 14. Junii anno Domini 1136. Pontif. anno VII.

Ecclesie constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Roma fueris, aut in presentia, & comitatu Romani Pontificis. Pallium etiam fraternitati tue, plenitudinem pontificalis officii, ex Apostolica Sedis liberalitate largimur, quo intra Ecclesiam tuam ad Misarum solemniam celebranda utamemineris eis diebus, quibus predecessores tuos usos fuisse non ambigimus, ut in Nativitate Domini, Epiphania, tribus festivitatibus S. Marie, Coena Domini, Sabbato sancto, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, in natalitio S. Johannis Baptistae, & omnium Apostolorum, in festivitatibus quoque S. Marci, Prothomartyris Stephani, sancti Laurentii, S. Maximi, in solemnitate omnium Sanctorum, & principalibus Ecclesie tue Festis, necnon in Ecclesiis, Episcoporum, & ceterorum Clericorum consecrationibus, & Anniversario consecrationis tue die. Statuimus etiam, ut quicumque bona, quascumque possessiones Graden. Ecclesia impraesentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum justis modis poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Porro Ecclesias, a religiosis viris eidem Ecclesie Graden. oblatas, per parochias ejusdem provincie constitutas, tibi tuisque successoribus liberè confirmamus, ita ut nulli Episcopo absque tuo assensu liceat in eis consecrationes celebrare: aut Sacerdotibus in ejusdem Domino ferventibus, donec in locis fuerint, divina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino &c. Si qua igitur in futurum &c. Cunctis autem &c. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus s. Ego Guillelmus Prænestrinus Episcopus s. Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem s. Ego Anselmus Presb. Card. tit. S. Laurentii in Lucina s. Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Johannis & Pauli s. Ego Guido indignus Sacerdos s. Ego Azo Presbyter Cardinalis tit. sanctæ Anastasie s. Ego Gregorius Diaconus Card. SS. Sergii & Bacchi s. Ego Guido Card. Diac. S. Adriani s. Ego Hubaldus Diac. Cardin. S. Marie in Via lata s. Ego Chryfogonus Diac. Card. S. Marie in Porticu s.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, II. Id. Junii Indict. XIV. anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. Pontificatus autem D. Innocentii Papæ II. anno VII.

XXXVII.

Elargitio privilegiorum Monasterio S. Crucis in Werda, cujus antiqua jura, privilegia, ac bona omnia confirmantur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Dietrico, Abbati Monasterii S. Crucis de Werd, ejusque successoribus regulariter substituendis.

Quemadmodum ex gestis predecessoris nostri sa. memorie Leonis IX. Papæ didicimus, nobilis quondam vir Mangoldus de Werd, devotionis intuitu, Monasterium in castro suo construxit, quod B. Petro Apostolorum Principi offerens, fecit in honore sanctæ & vivificæ Crucis per manus ejusdem Romani Pontificis consecrari, Sanctimonialia foeminas ibidem Deo servituras instituit.

Factum est autem, ut eodem Coenobio per operam pravorum hominum diruto, atque devastato, alter Mangoldus, jam dicti nobilis viri filius, ab Apostolica Sede obtinuit, ut sibi licentia præberetur, idem Monasterium ad alia loca transferre, ac per hoc juxta ipsum castrum in planitie terræ fundavit Ecclesiam, & sanctimonialia ibi ad Dei servitium deputavit. Quibus utique tam religione quam numero decreverunt, tertius Mangoldus predecessorem nostrum, egregie recordationis Paschalem Papam humiliter adiit, & ut amotis sanctimonialibus, in eodem loco Monachi ponerentur, expetiit: Cujus petitioni Romanus Pontifex benignè concessit, & Gebhardo, quondam Constantiensis Episcopo, tunc Apostolicæ Sedis Legato, per sua scripta mandavit, ut videlicet de cella sancti Blasii Monachi assumerentur, & in eodem Monasterio ponerentur. Quod cum præfatus Episcopus implevisset, idem Locus tam in temporalibus quam in spiritualibus, Deo gratiæ sint, plurimum augmentatus est.

Quod igitur, dilecte fili Dietrice Abbas, a nobis humiliter postulasti, ut idem Coenobium, cui Deo auctore præsidet, Apostolicæ Sedis privilegio muniremus, nos, quorum præcipue interest, loca, quæ ad jus Sanctæ Romanæ Ecclesie pertinent, diligere ac fovere, interventu dilecti filii nostri, quarti Mangoldi, illustris viri, tuis desideris benignitate debita duximus annuendum. Per presentis itaque privilegii paginam Apostolica auctoritate statuimus, ut idem Coenobium, ab ipsis fundatoribus B. Petro oblatum, perpetuis temporibus sub Sanctæ Romanæ Ecclesie tutela consistat: & Ordo Monasticus, qui secundum B. Benedicti regulam, per jam dilectum predecessorem nostrum ibidem noscitur institutus, absque sexus varietate seu mutatione in eodem loco irrefragabiliter observetur. Prohibemus etiam, ut Dicoesanus Episcopus in eodem loco nihil audeat sibi vendicare, exceptis consecrationibus Altarium, vel Ecclesiarum, ordinationibus Monachorum, seu etiam Clericorum, si tamen hæc ipsa vobis gratis & sine exactioe vel pravitare exhibere voluerit: Alioquin, quemcumque malueritis, catholicum adeatis Antistitem, ab eodem, quæ ad spiritualia pertinent, suscepturi. Sepulturam quoque ipsius loci liberam

Edidit Gregorius de Cruce.

Monasterium in Werd a quo constructum.

Ac deinde in Vicina loca translatum.

Amotis Sanctimonialibus Monachi successit, consentiente Paschale PP. II.

Illud Innocentius Papa sub tutela Sedis Apost. recipit.

Episcopum Dicoesanum in sola Sacramentorum administratione jus habere declarat.

Libertatem sepulture inibi pœnentibus concedit.

Ejusdem Monast. bona confirmat.

Sub censu annuo unius anni Rom. Pontificibus persolvendi. Solite conclusiones.

Innocentii PP. subscritptiones.

Dat. die 19. Junii anno Domini 1136. Pontif. anno VII. 14. XIV.

Ex Fundi Hist. Salsburgensi Tom. III

Exordium.

fore decernimus, ut videlicet eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, ac supremæ voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obstat: salvâ nimirum justitiâ matricis Ecclesie.

Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, portionem ligni vivificæ Crucis, quæ in eodem loco recondita esse creditur, pro cuius honore vestrum Coenobium factum est, exinde amovere: vel quidquam ex his, quæ jam dictus predecessor noster Leo IX. eidem firmavit Ecclesie, quæve impraesentiarum canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Imperatorum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum & illibata serventur. Ad indicium autem, quod Monasterium vestrum juris B. Petri, unum aureum singulis annis nobis, nostrisque successoribus persolvatis.

Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus.

Ego Guillelmus Prænestrinus Episcopus. Ego Gerardus Presbyter Cardinalis Tit. S. Crucis in Hierusalem.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. Diac. Cardin. & Cancellarii XIII. Kal. Julii. Indictione XIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVI. Pontificatus Domini Innocentii Papæ II. anno VII.

XXXVIII.

Privilegium Monasterio S. Georgii in Prufeningen. Ordinis S. Benedicti Ratisbonen. Diocesis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Herboni Abbati Monasterii sancti Georgii de Prufeningen, quod inter Ratisbonam & Danubium situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, religiofas personas, ac loca eorum regimini commissa diligere, atque ipsorum quieti & utilitati, auxiliante Domino, salubriter provide-re: dignum namque, & honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas a pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri ac sanctæ Romanæ Ecclesie patrocinio muniamus. Ideoque, dilecte in Domino fili Herbo Abbas, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & B. Georgii Mo-

nastrum, cui auctore Domino præesse dignosceris Apostolicæ Sedis privilegio decoramus. Statuimus enim, ut quascumque possessiones, quascumque bona, idem Monasterium impraesentiarum juste & legitime possidet, tibi tuisque successoribus, & per vos jam dicto Coenobio hujus scripti paginâ confirmamus. Porro decimam, a venerabili fratre nostro Ortone Babenbergensi Episcopo vobis concessam, quam ab Hertuvico Ratispouensi Episcopo per gratiam concambium obtinuisse cognoscitur, vobis præfenti scripto firmamus. Cellam etiam, Aspach dictam, quam idem Episcopus, suis laboribus ac studio acquisitam, divini amoris intuitu eidem loco contulit, a nullo unquam hominum alienari, vel aliquo modo auferri sancimus. Decernimus etiam, ut Ordo monasticus, qui in eodem Coenobio a præfatis temporibus noscitur institutus, perpetuis temporibus ibi integer conservetur. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. De laboribus quoque vestris tam infra quam extra Septa Monasterii, quos propriis sumptibus excolitis, decimas a vobis nemo exigere præsumat. Interdicimus etiam, ut nullus Episcopus, qui in Babenbergem. Ecclesia pro tempore fuerit, vel aliquis alius, occasione alicujus rei vel advocatiæ idem Coenobium aliquibus exactioibus gravare, vel ejus possessiones, a prædicto Episcopo vobis collatas, vel undecunque acquisitas seu oblatas, alicui in beneficium dare, vel fratrum usibus subtrahere, præsumat. Quæcunque præterea bona idem Monasterium, concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Deo, in futurum poterit adipisci, firma vobis & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas sit, idem Coenobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minvere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, tam vestris quam fratrum vestrorum ac pauperum usibus profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus s. Ego Guillelmus Prænestrinus Episcopus s. Ego Theodevinus S. Rufinæ Episcopus s. Ego Gregorius Diac. Card. sancti Georgii & Bacchi s. Ego Guido Diac. Card. S. Adriani s. Ego Boetius Diac. Card. Sanctorum Viti & Modesti s. Ego Anselmus Presbyter Card. s.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, II. Id. Junii Indict. XIV. anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. Pontificatus autem D. Innocentii Papæ II. anno VII.

Abbatem ab ullo alio, præterquam a Monachis, eligi. Decimas ab eis exigi. Vel ullam aliam molestiam Coenobio inferri omnino interdicit.

Sub anathematis pena.

Innocentii PP. & S. R. E. Card. subscritptiones.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, II. Id. Junii Indict. XIV. anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. Pontificatus autem D. Innocentii Papæ II. anno VII.

EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesie Episcopus s.

Ego Guillelmus Prænestrinus Episcopus s. Ego Theodevinus S. Rufinæ Episcopus s. Ego Gregorius Diac. Card. sancti Georgii & Bacchi s. Ego Guido Diac. Card. S. Adriani s. Ego Boetius Diac. Card. Sanctorum Viti & Modesti s. Ego Anselmus Presbyter Card. s.

Datum Pisis per manum Aymerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, II. Id. Junii Indict. XIV. anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. Pontificatus autem D. Innocentii Papæ II. anno VII.

Ego La-

Bona omnia ad Monasterium pertinentia confirmat.

Datum eide ab Ortone Babenbergensi ejusdem Coenobii fundatore. Cellâ Aspach alienari.

Abbatem ab ullo alio, præterquam a Monachis, eligi.

Decimas ab eis exigi.

Vel ullam aliam molestiam Coenobio inferri omnino interdicit.

Sub anathematis pena.

Innocentii PP. & S. R. E. Card. subscritptiones.

Ego Lactifredus Presb. Card. tit. Vestinae is. Ego Lucas Presb. Card. tit. sanctorum Joannis & Pauli is. Ego Chrysofonus Diac. Card. sanctae Mariae in Porticu is. Data Pisis per manus Aymerici Sanctae Romanae Ecclesiae Diacon. Cardin. & Cancellarii, XL. Kalend. Novemb. Indi. XIV. Incarnation. Dominicae anno MCXXXVI. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae II. anno VII.

Dat. die 22. Octobris anno Domini 1136. Pont. anno VII.

XXXIX.

Confirmatio Immunitatum Ecclesiae Marfanensis prope Trajectum Mosae, ad Monasterium B. Remigii pertinentis, in qua Canonicorum loco Monachi substituuntur.

Ex Tom. 1. Cod. Diplomat. Mirae pag. 385.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Oddoni Abbati Monasterii S. Remigii, eiusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

Locorum venerabilium cura nos admo-net, de eorum quiete atque utilitate sollicitè cogitare. Nec dubium, quod si Servorum Dei petitionibus benignè concurremus, nostris opportunitatibus elementem Dominum reperimus. Ideoque, dilecte in Domino fili, Oddo Abbas, tuis rationabilibus postulationibus clementer annuimus, atque libertatem Ecclesiae de Marfa, ad Monasterium B. Remigii pertinentis, ab Alexandro quondam Leodiensi Episcopo tibi concessam, & ab Hermanno ejus Archidiacono, & fratribus suis laudatam atque firmatam, praesentis scripti paginam roboramus, & futuris temporibus inconvulsam manere decernimus; ut videlicet tam in Praepositura, quam etiam in Canonis, decentibus Clericis, qui praefata Ecclesiae beneficia possident, juxta prudentiam & dispositionem tuam, & successorum tuorum, loco eorum Monachi substituuntur.

Ecclesia Marfanensis Monasterio Remigiano confirmatur.

Cam decreto, ut Clericis secularibus substituantur Monachi: prout in rubrica.

Præpositus ab Abbate S. Remigii eligendus Leodiensis Archiep. substituitur.

Solite conclusiones.

Praepositus vero, qui ex parte tua, vel successorum tuorum, eidem loco praeserit, Sacerdotem sub tali praebenda, qualem ipse Praepositus, consensu Abbatis & fratrum Coenobii sancti Remigii, qui pro tempore fuerit, providerit, constitutum Leodiensi Archidiacono praesentabit, a quo nimirum animarum sibi cura committetur; & ipse Sacerdos de omni episcopali & synodali jure secundum Leodiensis Episcopatus consuetudinem respondebit.

Nulli ergo hominum liceat, eandem concessionem, Monasterio B. Remigii factam, infringere, vel mutare, aut qualibet occasione convellere; sed omnia tibi tuisque successoribus integra conserventur; quemadmodum praesentis scripti sanctione, praefati Alexandri quondam Episcopi concessione noscitur institutum. Si qua sane ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini

Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat.

Cunctis autem hanc nostram confirmationem servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiae Episcopus.

Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli.

Ego Theodewinus S. Rufinae Episcopus.

Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Adriani.

Ego Chrysofonus Diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu.

Datum Pisis, per manus Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Cancellarii, IX. Kalendas Decembris, Indi. XIV. Incarnationis Dominicae anno MCXXXVI. Pontificatus vero Domini Innocentii Papae II. anno VII.

Innocenti PP.

& S. R. E. Cardd. sub- scriptiones.

Dat. die 23. Novembris anno Domini 1136. Pontif. anno VII.

XL.

Confirmatio Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, recens introducti in Steinfeldense Coenobium, Coloniae Diocesis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Everuino Praeposito, & fratribus in Ecclesia de Steinvelt canonicam vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Ex Archiv. Monast. Steinfeld. communis viri Illustrii Prædicti Schannat.

Exordium.

Plæ postulatio voluntatis debet effectu prosequente compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecte in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus gratum praesentes assensum, Ecclesiam Steinvelt, in qua divinis estis obsequiis mancipati, Apostolicae Sedis privilegio communimus; imprimis siquidem statuantes, ut Ordo Canonicus, qui secundum beati Augustini regulam ibidem noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur. Praecipimus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam professionem absque libera Praepositi & Fratrum licentia Ecclesiam vestram relinquere, & ad alium locum liceat transvolare; nec aliquis eum retinere praesumat in Praepositis, quæ per fratres vestros instituntur, Ordo vester secundum beati Augustini Regulam teneatur, & si quid novi in Ordine statuendum fuerit, communi assensu Praepositorum vestri anni conventus concorditer statuatur. Praepositorum quoque a vestris fratribus institutas, a vobis pro confirmatione Ordinis visitari, & Praepositos earum, per singulos annos vestram Ecclesiam visitare decernimus. Monasteria quoque Sanctimonialium, quæ se magisterio vestrae Ecclesiae regenda subjiciunt, ab eodem se absolvi, & alii subdi postea non praesument. Ut autem omnipotenti Domino servare securius valeatis, libertatem a recolenda memoriae Friderico, Archiepiscopo Coloniae, Ecclesiae vestrae concessam, & venerabili fratri nostro

Secundum B. Augustini Regulam, hac in Ecclesia observandas, Canonice per alias Ecclesias divagari, non licere.

Eandem S. Augustini regulam in praepositis, huc ecclesiae subiectis, tenendam. Eas per Praepositum visitandas. Ad hoc etiam dirigenda sunt Sanctimonialium Monasteria decernit. Confirmat libertates huic Ecclesiae ab Archiepiscopo Coloniae concessas.

fratris

fratris Brunone, ejus successore, postmodum approbatam, ipsius precibus inclinati, omnimodam firmitatem in perpetuum tenere sancimus. Porro, quascumque possessiones, quascumque bona, eadem Ecclesia Steinvelt impresentiarum justè & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata consistant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiae Episcopus subscripsi.

Bonaque omnia eidem que adhuc clargita, vel in futurum clargienda.

Solite conclusiones.

Innocentii PP. & S. R. E. Cardd. sub- scriptiones.

Dat. die 10. Decembris anno Domini 1136. Pontif. anno VII.

XLII.

Decretum, ne in districtu Monasterii Portensis Ordinis Cisterciensium Nuenburgen. Diocesis, venationes a quoquam fiant.

Edictis Portensi Coronic. Porten. pag. 18.

Exordium.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Adelberto Portensi Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ut Ordo Monasticus inibi servetur, decernit.

Plæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, dilecte in Domino filii Adelberte Abbas, tuis rationabilibus postulationibus gratum praesentes assensum; & ut in Portensi Coenobio, cui auctore Domino praesente dignosceris, Monasticus Ordo, qui secundum B. Benedicti regulam, & normam Cisterciensium fratrum, inibi noscitur institutus, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur, praesentis scripto sancimus. Confirmamus &

Bull. Rom. Tom. II.

Concambium, a venerabili fratre nostro Udone Nuenburgeni Episcopo tecum & cum fratribus tuis rationabiliter factum, videlicet Portensem locum cum omnibus suis appenditiis pro Smolensi loco, in quo prius eratis Domino servientes, ab eodem Episcopo concambii titulo vobis collatum: ita tamen, ut idem Smolensis locus cum suis omnibus appenditiis jurisdictioni, & usui praefati cedat Episcopi. Statuimus insuper, ut quascumque possessiones, quascumque bona, idem Monasterium impresentiarum justè & rationabiliter possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata consistant. Ut autem quietus omnipotenti Deo servire possitis, praesentis scripto duximus inhibendum, ut nullus Clericus, nullus Laicus infra terminos vestros venationibus audeat vacare, aut nugis consimilibus operam dare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praenominatum Coenobium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, omnimodis usibus profutura: salva nimirum dioecesis Episcopi debita reverentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiae Episcopus.

Cambium a Nuenburg. Episcopo factum.

Bonaque omnia ad Monast. pertinentia confirmat.

In districtu Monast. venationes a quoquam fieri prohibet.

Solite conclusiones.

Innocentii PP.

& nonnullorum S. R. E. Cardd. sub- scriptiones.

Ego Petrus Cardinalis Presbyter T. sanctae Sufanae is.

Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Sergii & Bacchi.

Ego Gerardus Presbyter Cardinalis T. sanctae Crucis in Hierusalem.

Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariae in Porticu.

Data Romae per manus Aymerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii, Idid. Januar. Incarnationis Dom. anno MCXXXVII.

Dat. die 13. Januarii anno Domini 1137. Pont. an. VII.